

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Grammaticae turcicae pars secunda

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS SECUNDA

De Nomine ejusque accidentibus.

Solent quidem Arabes à Verbo Grammaticam suam auspicari; cum enim illis tertia præsentis persona singularis masculina sit radix & quasi fons, unde cæteræ orationis partes derivantur & propagantur: inde fit ut Verbum apud illos sit prima orationis pars, talique ordine eandem linguam Arabicam doceant plerique Latini Authores. Cum autem Lingua Turcica, quam hic primario docemus, possit ad ordinem Grammaticæ latinæ revocari, methodo insistemus Despauterii, Alvari, aliorumque Grammaticorum, in easdem, in quas ipsi, partes dividendo Grammaticam.

Nomen igitur prima orationis pars vocatur ab Arabibus الاسم *elismü*, seu Turcico modo اسم *ism*, aut ferè isim. Est autem vel Substantivum موصوف *mewsüf* dictum, quod per se in oratione esse potest, idque proprium, ut جها *jehjä*. Joannes, *ج بک* *bec*, Vienna: vel Appellativum res communes atque incertas significans, ut مدينة *medine*. Urbs, كوي *köj*, pagus, aut Collectivum numero singulari significans multitudinem, ut خالك *chalk*, populus, الای *alaj*, turba, turma, بیراکلیک *bajraklyk*, cohors militum: vel Adjectivum وصف *wasf*, نعت *naet*, aut صفت ذات *syfeti zät* dictum, quod absque substantivo explicito vel implicito in oratione esse non potest, ut ایو *ejü*, bonus, گوزل *güzel*, pulcher.

Porrò in nomine consideranda sunt articulus, genus, motio, numerus, casus, declinatio, comparatio, species, figura.

CAPUT PRIMUM

De articulo Arabico.

Articulus est particula demonstrationis, vel emphaticæ significationis, in multis linguis usitatus, ut in Græca, Germanica, Hungarica, Italica, Gallica, &c.

Turcæ ac Persæ nullum ejusmodi adhibent articulum.

Arabibus autem est unicus articulus ال *el*, *il*, *ül*, dictus المعرفة *elma'rifetü*, id est notio, vel notificatio, quia nomen notum & determinatum efficit, quod aliàs erat indeterminatum & vagum, ferè ut Germanicus articulus *der* / *die* / *das* / aut Italicus *il*, *la*, *lo*; cum hoc tamen discrimine, quòd cum Substantivum articulo affectum aut determinatum construitur cum Adjectivo eandem partem enuntiationis constituyente, debet etiam Adjectivum articulo affici ac determinari, ut الكتاب العظيم *elkitäbul-âzýmü*. Liber magnus. Das grosse Buch / non das Buch / das grosse. Dicitur etiam إبراهيم الأمين *ibrähimü el eminü*, Abraham fidelis; quod etiam Nostratibus diceretur Abraham der trewe. Abramo il fedele. Abraham le fidel, prout dicitur Alexander der grosse. Alessandro il Grande. Alexandre le Grand. De quo plura in Syntaxi.

Hic autem observes velim, cum articulus inchoat comma, legi communiter ال *el*. Ceterum cum sit ى unionis adeoque nota وصل *wasl*, vel وصله *wasle* subjaceat, ideo dum postponitur alicui dictioni, illud ى amittit suum sonum, ut in exemplo allato الكتاب العظيم *elkitäbul-âzýmü*, ubi ى articuli secundi omnino otiosi videtur. Et idipsum contingit omni ى elis unionis, quale est verbale, sive Imperii in verbis prima conjugat. ut انصر *unsür*, juva: اضرِبْ *yzryb*, verbera, sive characteristicum in præteritis activis,

Imperativis & Infinitivis Conjugationum derivatarum secunda & tertia classis, ut
 أَنْصَرَفَ *inserefe*, mutatus fuit, أَنْصَرَفَ *insarif*, mutator, أَنْصَرَفَا *insyrāfen*, mu-
 tando, aut mutatione factā, & nominale, quale est in sequentibus decem nominibus
 امْرَأٌ *imreün*, vir: امْرَأَةٌ *imreütün*, mulier: ابْنٌ *ibnün*, filius. ابْنَةٌ *ibnetün*, fi-
 lia: ابْنَمٌ *ibnemün*, filius: اِثْنَانٍ *ifnāni*, duo: اِثْنَتَانٍ *ifnetāni*, duæ: اِسْمٌ *if-
 mün*, nomen: اِسْتٌ *istün*, nates: اَيْمُنٌ *ejmünün*, juramentum. In his ergo omnibus
 voci alicui postpositis *el* initiale vocali suā privat, & que eam sequitur litera vocali
 destituta unitur cum vocali terminante dictionem precedentem, aut servilis prefixa, ut
 يَدُ اِبْنِكَ *iedübnike*, manus filii tui: بَيْتِكَ *ibnike*, in filio tuo: sic بِاللَّهِ *billāhi*, per Deum.

Si *ro* *l* unionis precedat aliqua literarum اوي quiescens, ea non obstat unioni, ut نَصْرُوا
 اَمَلِكُ *naferül melike*, opem tulerunt Regi.

Ob sequens *l* unionis quodcunque affixorum ني & في assumit supra se *fetham*,
 ut كتابي العظیم *kitābijel-azymü*, liber meus magnus. *gezma* precedentis litera mu-
 tatur in *kefram*, ut unio possit fieri, ut ضربت الأم *zarebetil-ümmü*, verberavit mater.
 At *gezma* in particula من *min* in *fetham* mutatur, ut من الملك *minel meliki*, à
 Rege. In terminationibus his verbalibus تم *tüm*, و *wa*, و *ew*, itemque affixis كم *küm*, و
 هم *hüm*, mutatur *gezma* in *zamma*, ut غزوا العدو *(pro غزوا ghazew)* *ghazewül*
edüwwe, oppugnârunt hostem. Vide Erpen. & Walm. unde hac potissimum accepi.

Revoca tibi quoque in memoriam que supra innui, cum de *testid* egi, nimirum lite-
 ram *l* lam articuli hujus, dictionibus ab aliqua ex Solaribus ن ط ظ ل ن ر ز س ش ص ض ط ظ ل ن
 incipientibus prefixi, induere sonum illius literæ solaris, cui ideo superponitur *l*, ut
 الشمس *legendum essemsü*, non, ut vulgus, *el'semsü*; prefixa verò literæ *l* lam, ferè
 perit, quippe ipso *l* suppletum, ut الليل *pro الليل* *ellejlü*, nox. Sic semper id perit in
 Pronom. relat. الذي *ellezi*, qui, ejusque Fæmin. التي *elleti*, & Pl. masc. الذين *ellezi-*
ne, non autem in reliquis casibus, quia variores sunt; item cum præfigitur articulo *l* dativi
 casus nota, ut pro لاليل *fit لليل* *lil-lejli*, nocti. *l* elifenim articuli ال *el*, tunc sem-
 per simul perit, adeo ut totus articulus intercidat, sic pro لاله *fit لله* *lillāhi*, Deo, &
 propter Deum.

CAPUT SECUNDUM

De genere & motione nominum.

Genus, quod Arabes الجنس *elginsü*, seu *elgins*, ut apud Iberos & Hungaros, sic
 apud Turcas & Persas unicum est & invariabile tam in nominibus substantivis,
 quàm adjectivis, quorum consequenter nulla fit motio. Nam كوزل *güel*, e. g.
 aut خوب *chüb* *p.* significant pulcher, pulchra, pulchrum; sic قرة *kara*, e. g. سیاه *siyah* *p.*
 significant niger, nigra, nigrum, & sic de reliquis: كوزل ار *güzel er*, pulcher vir, كوزل
 عورت *güzel awret*, pulchra mulier, كوزل حیوان *güzel haywān*, pulchrum animal. Sic
 substantiva masculina non mutantur in fœminina, uti e. g. in Italica lingua, à Zio, patruus,
 fit Zia, amita; à putto, puer, fit putta, puella, &c. sed aut habent nomina distincta, aut
 significationem suppleant per terminos sexum discriminantes, ut in hominibus per ار *er*,
 & عورت *awret*, كوزل *kuz*, vel دیشی *disi*; in cæteris animantibus per ارکک *erkek*, دیشی
disi, ut, ار اوغلان *er ogblan*, puer, كوز اوغلان *kuz ogblan*, puella: ار فرنداش *er ka-*
ryndas (vul. kardas) frater: كوز قرداش *kuz karyndas*, soror: ارکک ارسلان *erkek arf-*
lan, Leo, دیشی ارسلان *disi arslan*, Leona. Quædam tamen, ut dixi ipso nomine di-
 scriminantur, e. g. اوغل *oghul*, filius, (licet etiam filiam significare possit) كوز *kuz* filia:
 بوغا *bugha* vel *bogha*, taurus, اینک *inek*, vacca: خروس *choros*, gallus, تاوق *gal-*
 lina: کویک *kopek*, canis masculus, کنجک *kanjik*, canis fœmina. Idem

Idem in Perficis contingit, ut نر گاو *ner gāw*, bos, ماده گاو *māde gāw*, vacca; sapius tamen postponuntur illa نر *ner*, mas, & ماده *māde*, fœmina: شیر نر *širī ner*, Leo, شیر ماده *širī māde*, Læna, &c.

¶ Verùm Arabibus genus est duplex masculinum مذکر *muzekker*, & fœmininum مؤنث *müennes* dictum.

Fœminini generis sunt ex significatione nomina mulierum, regionum, urbium, geminorum membrorum, ut مریم *merjemü*, Maria, أم *ümmün*, vel *ümm*, mater (parcendo enim typographorum labori nunnationes & vocales finales studio omitto in separatis sic nominibus) مصر *mysyr*, Ægyptus, يد *ied*, manus, عين *ajnu*, oculus, & insuper hæc أرض *arz*, terra: خمير *chemr*, vinum: بئر *biir*, puteus: نار *nār*, ignis: ريح *ryh*, ventus: نفس *nefs*, anima: شمس *šems*, Sol, & pauca alia. Ex terminatione desinentia in ة *etün*, seu *ö et*, ut جنة *ğennet*, hortus; ظلمة *zülmet*, tenebræ; & in hanc moventur Adjectiva, absque ulla masculini mutatione, ut طيبة *tajjibet*, Turcis etiam طيبة *tajjibe*, bona, & طيب *tajjib*, bonus. Rarissimè & masculina occurrunt hujus terminationis, ut خليفة *chalifet*, seu خليفة *chalife*, Summus Imperator, & Vicarius, quod tunc est *ö* seu *ä* *éğoxās*, semperque notat supremam præcellentiam. Item desinentia in آ, ut مشيوخا *mes-jüchā*, multitudo senum, senes; atque in hanc movent Fœmininum Adjectiva positiva formæ أنصر *enser*, ut صفرا *səfrā*, flava, ab اصفر *æsfēr*, flavus, scil. abjecto l initiali, & promotis vocalibus. Porro desinentia in ي servile quiescens instar ā, ut ذكري *zikrā*, recordatio: atque hanc terminationem in fœminino sumunt Comparativi & Superlativi, ut & adjectiva quaedam formæ نصير *nasyr*; & forma horum Fœmininorum est نصري *nusrā*, ut طولی *tūlā*, longior, vel longissima, ab اطول *atwel*, longior, vel longissimus. Sic كبری *kubrā*, major, vel maxima ab اكبر *ekber*, major, vel maximus. Huc pertinet احدى *yhdā*, una, ab احد *ahed*, unus. Eadem terminatio Fœm. formatur interdum ab Adjectivis formæ نصران *nesrān*, & tunc forma fœm. est نصري *nesrā*, ut غضبي *ghazbā*, irata, & غضبان *ghazbān*, iratus.

Nota, quod motio sub prima terminatione fœminina etiam accidat Substantivis quibusdam masculinis sexum significantibus, ut رجل *regiül*, vir: رجلة *regiület*, mulier: فتى *feten*, seu *fetā*, puellus: فتاة *fetāt*, puella. Item substantivis masculinis significantibus res habentes partes homogeneas, fœminino tunc partem illarum significantem, ut ذهب *zeheb*, aurum: ذهبة *zehebet*, seu *zeebet*, particula auri. Cum autem neutrum genus Arabes non agnoscant, hinc pro Adjectivis neutris substantivè usurpandis adhibent Fœm. ut واحدة تعوزك *wāhydetün te-üzüke*. Unum decet tibi.

Reliqua omnia sunt masculina, nisi quod quinque hæc forma masculinorum sub eadem terminatione ferè generis communis sunt, nimirum منصور *nasür*: منصر *minsār*: منصار *minsār*: منصر *minsār* activè sumpta, ac نصير *nasyr* passivè sumpta. Rarius tamen in Fœm. assumunt *ö ä*, ut مسكين *miskin*, pauper, مسكينة *miskinet*, pauper fœmina. Sic literarum nomina sunt generis communis, ut الف *elif*, با *bā*, sapius tamen fœminina.

CAPUT TERTIUM

De numero & casu.

Numerus عدد *aded*. صاعش *saghy's* i. dictus apud Turcas Perfisque duplex est, singularis, qui مفرد *müfred*, & Pluralis, qui جمع *ğem* dicitur. Fit Pluralis Turcicus additâ particulâ ل *ler*, ut ات *et*, caro, ائلكر *etler* carnes.

Numerus autem pluralis fit apud Perfes additis nominativo particulis آن *an* vel ها *hā*, nimirum in nominibus hominum cæterorumque animantium additâ terminatione آن *an*, ut مرد *merd*, vir, مردان *merdān*, viri: شاه *šāh*, Rex, شاهان *šāhān*, Reges: زن *zen* fœmina, mulier, زنان *zenān*, mulieres: دیگر *digēr*, alius, دیگران *digērān*, alii: همراه *hemrah*, comes itineris, همراهان *hemrahān*, comites itineris. Terminata autem vocali nostrâ ā vel ū, seu literis l *elif*, aut و *waw* quiescentibus post homogeneas vocales, ante

aut ante ان *ān* literam ي, vitando concursus duarum similium literarum, ut desinant in ان *jān* ut دان *dān* sapiens, doctus, دانایان *dayājān* sapientes, docti: كتخدا *ketchudā*, Pater familiās, vel Præfectus, vicarius, كتخدایان *ketchudājān*, Patres familiarum, præfecti, vicarii: بدخو *bedchū* vitiosus, pravi habitus homo, بدخویان *bedchūjān*, vitiosi. Porro desinentia in nostrum *e* vel *a*, hoc est *o* & *a* otiosum sive quiescens immediatè post *fetham*, adsciscunt ante ان literam ك, ut desinant in ان *e. g.* بنده *bende*, servus, بندهگان *bendegān*, ubi etiam illud *o* & finale otiosum, plerumque eliditur, scribiturque بندگان *bendegān*, servi. Sic فرشته *fristē*, angelus, فرشتهگان *fristegān*, angeli: بیگانه *bigāne*, ignotus, externus: بیگانگان *bigānegān*, ignoti: فرستاده *fristāde*, missus, فرستادگان *fristādegān*, missi.

In reliquis nominibus, *pec.* substantivis fit pluralis numerus additā terminatione ها *hā*, ut بازار *bāzār*, forum, بازارها *bāzārḥā*, fora: بال *bāl*, ala, بالها *bālḥā*, alæ: بیداری *bidārī*, vigilia, بیداریها *bidārīḥā*, vigiliæ. In nominibus quoque desinentibus in *o* & *he* otiosum absorbetur sæpe illud *o* & *a*, sic خانه *chāne*, domus, خانها *chānehā*, domus: تازیانه *tāzijāne*, scutica, تازیانهها *tāzijānehā*, scuticæ.

Non pauca tamen nomina utramque terminationem admittunt, ut فرشتگان *fristegān* فرشتهها *fristehā*, Angeli: sic شتران *šūrān* شترها *šūrḥā*, camelus: گناهان *gūnāhān* گناهها *gūnāḥā*, peccata: بچهگان *becēgān*, بچهها *becēḥā*, Infantes, parvuli.

In utraque autem lingua nomina Arabica fiunt etiam pluralia, assumptis prædictis particulis, *e. g.* مسافر *mūsāfir*, hospes, advena, licet sit Arabicum, dum adhibetur in Turcicis, potest habere pluralem numerum Turcicum مسافران *mūsāfirler*, aut Perficum مسافران *mūsāfirān*, hospites. Sic تقصیر *taksīr*, defectus, تقصیرلر *taksīrler*, تقصیرها *taksīrḥā*, defectus, کتاب *kitāb*, liber, کتابلر *kitābler*, کتابها *kitābhā*, libri. Immò utraque lingua Turcica & Perfica utitur plurali ipso Arabico مسافرون *mūsāfirūn*, تقصیرات *taksīrāt*, کتب *kütüb*, &c.

Notandum quoque, nomina composita in utraque lingua, cum fiunt pluralia, terminationem affigere ultimæ dictioni, ut فروتن *fūrūten* *p.* humilis, abjectus, فروتنلر *fūrūtenler* *e.* فروتنان *fūrūtenān* *p.* humiles. Sic شکسته دل *šikeste dil*, fractus corde, شکسته دiller *šikeste diller*, شکسته دلان *šikeste dilān*, fracti corde. Composita enim nomina pro una dictione habentur, etsi duabus sæpe separatis scribantur. Immò terminationes omnes seu particulæ adjectæ nominibus verbisque ad eorum numerorum, casuum modorumve formationem, atque adeo postpositiones Turcicæ affiguntur sic in fine ultimæ dictionis, tam in compositis, quàm in continuatis, aut etiam inter se copulatis nominibus ac verbis.

¶ Numeri Arabibus sunt tres: Singularis, ut سارق *sārykūn*, fur: رجل *regīülün*, vir: Dualis, ut سارقان *sārykān*, duo fures: رجلان *regīülān*, duo viri: Pluralis, ut سارقون *sārykūne*, complures fures: رجال *rigīāl*, complures viri.

Formatur autem dualis à singulari, adjecto ان *ān* absque ulla mutatione; *o* te tamen femininum in *ā* te mutatur, ut مدينة *medīnetün*, Urbs: مدینتان *medīnetān*, duæ, ambæ urbes: کبیره *kebīretün*, magna: کبیرتان *kebīretān*, duæ magnæ.

Pluralis fit à singulari perfectè & imperfectè, seu regulariter & irregulariter. Plurale perfectum aut regulare, seu, ut vocant Arabes, مصحح *musḥḥ* (an *musḥḥeb*?) integrum, sanum: formant nomina propria rationalium, & adjectiva formantia femininum adjecto *o*, cum de rationalibus prædicantur; masculina quidem adjecto ون *ūne*, ut محمد *muhammedün*, Mahomet: محمدون *muhammedūne*, plures Mahometes, quod Turca sibi legit *muhammed*, *muhammedün*: Sic فرح *feryḥ*, lætus: فرحون *feryḥūn*, ناصر *nāsyf*, adjuvans, ناصرون *nāsyfūn*, adjuvantes: مزبور *mezbur*, prædictus: مزبورون *mezburūn*, prædicti; Feminina verò adjecto آت *ātün*, ut مریم *merjemü*, Maria: مریمات *merjemātün*, seu *merjemāt*, Mariæ plures: ناصرة *nāsyret*, seu Turcis ناصره *nāsyre*, adjuvans femina: ناصرات *nāsyrāt*, adjuvantes feminae. &c.

Plurale imperfectum, seu, ut Arabibus dicitur مکسر *mükesser*, fractum, est, quod formatur

matur imperfectè, seu contra regulam datam, non adjectis **ون** *une*, vel **أت** *ātūn*; & fit à plerisque singularibus tam rationabilibus, quàm irrationabilibus. Hujus formas ponemus in tabula infra exhibenda. Cætera legendo ipse tibi notare, aut in Lexico nostro invenire poteris.

Casus apud Turcas assignari totidem possunt, quot apud Latinos; Vocativus tamen semper est similis Nominativo, sive absolutè, sive cum adverbio seu particula vocantis, ut **يا** *jā*, **اي** *ej* & **ي** *y*, **به** *behej*, **آيا** *ājā*, **بره** *bre*, seu *vul. bre* (est hoc *bre* quasi imperantis aut despicientis.) Accusativus etiam, cum est indeterminatus, est similis nominativo. Ablativus autem componitur ex præpositione, seu potius postpositione **دن** *den*, vel aliā, & nominativo, nisi in nominibus possessivis, de quibus infra. Genitivus fit adjectione **ك** *ün*, vel **ك** *nün*; Dativus adjectione finalis & otiosæ **ا** *e*, vel *a*. Accusativus addito **ي** *i*, *y*. Hi casus, uti *Magg.* exponit, ab Arabibus appellantur aut indigitantur sic: Nominativus **المبتدأ** *elmühtedāü*, Genitivus **الاضافة** *elyzāfetü*, Dativus **المفعول لاجله** *el mef-ülü li eglibi*; Accusativus **المفعول به** *el mef-ülü bihi*; Vocativus **الندى** *el mendi* Ablativus **مع المفعول** *el mef-ülü me-ēhu*. V. Arabicos.

Perfæ Nominativum habent, cui addito **را** *ra*, suppletur genitivus, dativus, accusativus; præpositiones enim omnes præfiguntur nominativo, unde ablativum suppleunt, ut etiam sæpe dativum per præpositiones nominativo præpositas. Vocativus autem similis est nominativo, præponiturque aliquando **اي** *ej*, **ي** *y*, vel **يا** *jā*, **آيا** *ājā*; aut certè nunquam loco ejus postponunt nomini literam **ا**, ut **پادشاه** *pādisāhā*, pro **اي پادشاه** *ī pādīsāh*, ò Rex. Sed hoc Poëtis relinque.

¶ Tres tantum numerantur apud Arabes nominum casus; Rectus seu Nominativus, qui dicitur **رفع** *ref-ün*, vulg. *Rapheus*, id est, elevatio, quia nomen in eo casu locatum stare videtur per se elevatum, non alteri suppositum, sicut in altero casu, qui dicitur **نصب** *nasbün*, vul. *nasbus*, i. e. positio, & respondet accusativo Latinorum. Tertius dicitur **خفض** *chafzun*, vul. *Chafzus*, i. e. depressio, vel **جر** *gerrün*, vul. *Giarrüs*, i. e. contractio, quia nomen in eo casu depressum videtur, & contrahitur medio alio ad verbum vel nomine vel particulā, & hic casus æquivalet cæteris casibus, Genitivo, Dativo, & Ablativo Latinorum, præfixā nimirum particulā seu præpositione aliquā, ut pro dativo **لي** *li*, pro ablativo **من** *min*, ut infra patebit.

Est autem terminatio eorum in singulari immutatā scriptione **ün**, **en**, **in**, & in constructione **ü**, **e**, **i**. Et quidem in Turcicis non adhibetur *Nasbus*, seu Accusativus in sua hac terminatione, sed sine vocali adhibetur, ut & Nominativus. Aliàs ut plurimum in constructione seu regimine, quando concurrunt talia nomina Arabica, nomen regens legitur addito tantum breviter proferendo, ut **دين ملوك** *dini mülük*, Religio Regum: **عهد اول** *ēhti ewwel*, prius tempus.

Verum dualis habet tantum duas casuum terminationes, Recti scilicet in **آن** *ānī*, aut, ut Turcis, **ān**, & obliquorum, in **ين** *ejni*, seu *ejn*, quod ultimum nempe in obliquo casu crebrius in libris Turcicis invenitur, ut **بحرين** *bahrejn*, duo maria, seu utrumque mare, scil. album & nigrum; **جانين** *giāmibejn*, vel **طرفين** *tarāfejn*, utraque pars.

Plurale sanum masculinum duas etiam admittit terminationes, scil. in Nom. **ون** *üne*, seu *ün*; in obliq. **ين** *ine*, seu *in*. Femininum quoque duas in Nom. **أت** *ātūn*, vel *ātü*, in obliq. **ات** *ātin*, vel *āti*, apud Turcas semper *āt*, nisi, ut dixi, in constructione. Sic & nomina invariabilia, quorum ultima vocalis non admittit nunnationem, habent tantum in Nom. **ü**, in obliquis **i** ut **مریم** *merjemü*, Maria: **مریم** *merjeme*, Mariae, am, ā. Nullus autem in Turcicis eorum usus. Quæ nomina omnes tres casus distinctos habent vocat *Erpenius Triptota*, ut sunt singularia ferè omnia & pluralia fracta. Quæ autem duas tantum terminationes habent, *Diptota* appellat. Illud Arabibus dicitur **غير متصرف** *mu-ēreb*, Arabicale seu declinabile. Invariabile autem seu irrevolubile dicitur **غير متصرف** *ghæjrü müteserrefetin*; de quibus omnibus plura habebis in sequenti capite & in syntaxi.

CAPUT QUARTUM

De declinatione Nominum.

Nillus, ut dictum est, apud Turcas articulorum usus, sed certis literis calci nominum appositis casus distinguuntur & nomina declinantur, unde etiam Arabibus dicitur *اعراب* *y'rāb*, quasi arabicatio.

Declinationes Turcicorum nominum statuo duas, Prima erit nominum consonante terminatorum, altera in vocalem nostram desinentium, sive illa per *اوي* *elif waw je* fit expressa, sive per otiosum *o a*, sicut *e* vel *a* legendum; quia tamen nonnullæ occurrunt in vocalibus efferendis variationes & literarum permutationes, dabuntur plura ad captum Tyronis exempla.

PARADIGMATA

Nominum primæ declinationis.

ار *er*, vir. *عورت* *ewret*, mulier.

Characte- ristica	Singularis.	Pluralis.
<i>ار</i> <i>er</i> , vir, der Mann	Nomin. <i>عورت</i> <i>ewret</i> , mulier, das	Nomin. <i>عورتلر</i> <i>ewretler</i> , mulieres
<i>ك</i> <i>erün-</i> , viri, des Manns	Genit. <i>عورتك</i> <i>ewretün-</i> , mulieris, des	Genit. <i>عورتلرك</i> <i>ewretlerün-</i> , mulierum
<i>o a, e</i> <i>ere</i> , viro, dem Mann	Dativ. <i>عورته</i> <i>ewrete</i> , mulieri, dem	Dativ. <i>عورتلره</i> <i>ewretlere</i> , mulieribus
<i>ي</i> <i>eri</i> , virum, den Mann	Accus. <i>عورتى</i> <i>ewreti</i> , mulierem, das	Accus. <i>عورتلرى</i> <i>ewretleri</i> , mulieres
<i>يا</i> <i>jā er</i> , o vir, O Mann	Vocat. <i>يا عورت</i> <i>jā ewret</i> , o mulier, O	Vocat. <i>يا عورتلر</i> <i>jā ewretler</i> , o mulieres
<i>دن</i> <i>den</i> <i>erden</i> , a viro, von dem Mann.	Abl. <i>عورتدن</i> <i>ewretten</i> , a muliere, von	Ablat. <i>عورتلردن</i> <i>ewretlerden</i> , a mulieribus.
<i>ارلر</i> <i>erler</i> , viri, die Männer.		
<i>ك</i> <i>erlerün-</i> , virorum		
<i>o a, e</i> <i>erlere</i> , viris		
<i>ي</i> <i>erleri</i> , viros		
<i>يا</i> <i>jā erler</i> , o viri		
<i>دن</i> <i>den</i> <i>erlerden</i> , a viris		

Nota ergo statim, quod Genitivus fit additâ ultimæ Nominativi vocali *ü* & characteristicâ *ك* *saghyr nun* dictâ, & pronuntiatur quasi *ung*, seu planè, ut Gallus, *un*, unus, quod nos per *n-* exprimimus, quod intellige ita pronuntiandum, ubicunque vides hanc lineolam duci post *n*, sic *n-*.

Scias præterea scribi quoq; a nonnullis *وك* ut sit *عورتوك* *ewretün-*, immò etiam dici & scribi *عورتيك* *ewretin-*; sed Doctiores sic scribunt & legunt, ut nos hîc tradimus.

Dativus fit affixâ literâ *o a* *he* otiosâ, quæ pronuntiatur propriè *e*; sæpe autem, præsertim apud plebem, ut *a*, quando nempe præcedit immediatè, aut in anteriori syllaba vocalis nostræ *a*, *o* vel *u*, vel *y*, ut mox in exemplis videbis.

Accusativus fit additâ literâ *ي* *je*, quæ ut *i* vocalis longa, seu ut nostra sic notata *i* profertur. Est tamen interdum Accusativus nominum similis Nominativo, quando nimirum indeterminatè ponitur, & in Germanico, vel Italico, aut Gallico præponeretur articulus determinativus *der* / *die* / *das*: *il*, *la*, *lo*: *le*, *la*, ut *عورت الم* *ewret almak*, uxorem accipere, vel ducere, *Weib/oder ein Weib nehmen*. *Prender moglie*. *Prendre femme*; nec dici potest *عورتى الم* *ewreti almak*, nisi dicas Germ. *Das Weib nehmen/ prender la moglie*, *prendre la femme*. Immò Genitivus quoque in tali indeterminatione erit similis Nominativo, ut *شاه اوغلى* *shāh oghly*, filius Regis, Princeps, *Königs Sohn*. *Figlio di Rè*. *Fils de Roy*: nam *شاهك اوغلى* *shāhün-oghly* significat: *Filius Regis determinatè hujus*, de quo fit sermo, Germ. *Des Königs Sohn*. *Il figlio del Rè*. *Le fils du Roy*.

De

De Vocativo suprâ dictum est in casibus. Est nimirum ipse Nominativus præpositâ particulâ vocantis يا *jâ*, اي *i*, vel aliâ, immò sæpius sine ullo additamento.

Ablativus fit additâ pöstpositione دن, quæ legitur *den* vel *dan*, post literas ذ رز ژ و ي و ض ط ع غ ك ل م ن و ي, & post vocales nostras. Legitur autem *ten* vel *tan* post cæteras literas, quod intellige de *dal* in omnibus aliis casibus, prout in Prima Parte explicatum est: *den* autem & *ten* regulariter pronuntiatur, sed plerumque, in vulgari præsertim sermone, profertur ut *tan* & *dan*, quando in præcedenti syllaba est vocalis nostra *a, o, u,* vel *y*.

Pluralis numerus, ut dictum est, fit à singulari addito لى, quod regulariter est *ler*; sed in familiari sermone sæpè legitur aut pronuntiatur *lar*, præcedente, modo suprâ explicato, vocali *a, o, u, y*. Declinatur autem eodem modo ac singularis, addito Genitivo ك *ün*- Dativo و *a e*, vel *a*, Accusativo ي *i*, Ablativo دن *den*, vel *dan*, immutabiliter propter literam ر *re* præcedentem. Additæ autem characteristice debent conjungi ipsi nomini, ut vides.

Scias demum, cum aliquot nomina simul posita, ut adjectivum cum substantivo, & composita, singula non declinari per casus, sed addi tantum characteristicam casus ultimo nomini, indeclinabili manente primo, e. g. كوزل عورتك *güzel âwretün-*, pulchræ mulieris: ايوانملى *ejü âdemler*, probi homines: شاه عالم پناهه *šâbi âlempenâhe*, Regi aylo mundi. Immò etiam intercedente conjunctione copulativâ, ut كوجوك و بيوك *kücüük we büyük âdemler*, parvi magnique homines. Atque idem intellige de postpositionibus & affixis; hæc enim ultimo tantum nomini apponuntur, v. g. ايوانمدن *ejü ademden*, à bono homine: يرامزادملى ايله *jaramaz ademler ile*, cum pravis hominibus: كوزل اتم *küzel atüm*, pulcher equus meus: مزاج شريفك *mizâgi šerifün-*, tua complexio nobilis, &c.

ALIA EXEMPLA PRIMÆ DECLINATIONIS.

ات *at*, equus. ات *et*, caro. او *aw*, venatio, præda. او *ew*, domus.

		Singularis.	
ات <i>at</i>	ات <i>et</i>	Nom. Voc. او <i>aw</i>	او <i>ew</i>
اتك <i>atün-</i>	اتك <i>etün-</i>	Genit. اوك <i>awün-</i>	اوك <i>ewün-</i>
اته <i>atâ, atâ</i>	اته <i>ete</i>	Dativ. اوه <i>awa, awâ</i>	اوه <i>ewe</i>
اتي <i>ati</i>	اتي <i>eti</i>	Accuf. اوي <i>awy</i>	اوي <i>ewi</i>
اتدن <i>attan, atten</i>	اتدن <i>etten</i>	Abl. اودن <i>awdan, awden</i>	اودن <i>ewden</i>
		Pluralis.	
اتلر <i>atlar, atler (rün-</i>	اتلر <i>etler</i>	Nom. Voc. اولر <i>awlar, awler</i>	اولر <i>ewler</i>
اتلرك <i>atlarün-, atle-</i>	اتلرك <i>etlerün-</i>	Genit. اولرك <i>awlarün-, lerün-</i>	اولرك <i>ewlerün-</i>
اتلره <i>atlara, atlere</i>	اتلره <i>etlere</i>	Dativ. اولره <i>awlara, lere</i>	اولره <i>ewlere</i>
اتلري <i>atlari, atleri</i>	اتلري <i>etleri</i>	Accuf. اولري <i>awları, leri</i>	اولري <i>ewleri</i>
اتلردن <i>atlardan, atlerden.</i>	اتلردن <i>etlerden</i>	Abl. اولردن <i>awlardan, awlerden.</i>	اولردن <i>ewlerden</i>

A L I A.

قلپك *kalpak*, pileus. قلیق *kalpak*, pileus. قلیق *kalpagun-*, pilei. قلیغه *kalpagha*, pileo. قلیغي *kalpaghy*, pileum. قلیقدن *kalpaktan*, à pileo.

Nom. Voc. قلیق <i>kalpak</i> , pileus	Nom. Voc. کویک <i>köpek</i> , canis
Genit. قلیغك <i>kalpagun-</i> , pilei	Genit. کویگك <i>köpegün-</i> , canis
Dativ. قلیغه <i>kalpagha</i> , pileo	Dativ. کویگه <i>köpege</i> , cani
Accuf. قلیغي <i>kalpaghy</i> , pileum	Accuf. کویگي <i>köpegi</i> , canem
Ablat. قلیقدن <i>kalpaktan</i> , à pileo.	Ablat. کویگدن <i>köpekten</i> , à cane.

Pluralis numerus fit in omnibus regulariter, ut hic کویکلر *köpekler*, قلیقلر *kalpakler*, canes.

Ubi vides ق *kaf* sequente immediatè vocali liquefcere aut transmutari in غ, & ک *kaf* in گ *gef*, quod accidit etiam in constructione ante vocalem, ut قلیغ الدم *kalpagb*

paghaldum, accepi unum pileum; melius tamen قليف scribetur, etiamsi ut *ghajz* legatur; sed hoc tantum in Turcicis. Saepe etiam mutatur ت te in د dal ut *qurt* *kurt*, lupus, vermis, fit قوردك *kurdün*-lupi, vermis. Sic سبت *sepet* canistrum, سبدك *sepedün*-canistri, sed aliàs scribi deberent etiam in nominativo قورد *kurd*, ut سپد *seped*, quod quidem ultimum est Persicum, sed Turcis usitatum.

PARADIGMATA

Nominum secundæ declinationis.

بابا *baba*, pater.اغا *agha*, Dominus.

Characte.	Singularis.
<i>rística.</i> بابا <i>baba</i> , pater, der Vatter	Nom.voc. اغا <i>agha</i> , Dominus, der Herr
نن <i>nün</i> . بابانك <i>babanün</i> -, patris, desß Vatter	Genit. اغانك <i>aghanün</i> -, Domini, desß Herrn
يه <i>je</i> بابايه <i>babaja</i> , patri, dem Vatter	Dat. اعايه <i>aghaja</i> , Domino, dem Herrn
بي بابايي <i>babaji</i> , patrem, den Vatter	Accuf. اغايي <i>aghajj</i> , Dominum, den H.
دن بابادن <i>babaden</i> , à patre, von dem V.	Abl. اغادن <i>aghadan</i> , den, à Domino, (von dem Herrn.
	Pluralis.
لر بابالار <i>babalar</i> , ler, patres, die Vätter	Nom.voc. اغالار <i>aghalar</i> , ler, Domini, die Herrn
ك بابالرك <i>babalerün</i> -, patrum	Genit. اغالرك <i>aghalarün</i> -, lerün-Domino-
ه بابالره <i>babalere</i> , patribus	Dativ. اغالره <i>aghalara</i> , lere, Dominis (rum
ي بابالري <i>babaleri</i> , patres	Accuf. اغالري <i>aghalerj</i> , leri, Dominos
دن بابالردن <i>babalarden</i> , à patribus.	Ablat. اغالردن <i>aghalardan</i> , lerden, à Dom.

Invenitur etiam plurale *agha*: اغوات *aghawät*, formæ Arabicæ, pro اغالار *aghalar*.

ALIA EXEMPLA.

	Singularis.
مفتي <i>mufti</i> , Patriarcha.	Nom.voc. قورقو <i>korku</i> , metus.
مفتينك <i>muftinün</i> -	Genit. قورقونك <i>korkunün</i> -
مفتيه <i>muftije</i>	Dativ. قورقويه <i>korkuja</i>
مفتيي <i>muftijj</i>	Accuf. قورقويي <i>korkujj</i>
مفتيدن <i>muftiden</i>	Ablat. قورقودن <i>korkudan</i> , den

ALIA.

پنجره <i>pengere</i> , Fenestra.	Nom.voc. يقه <i>jaka</i> , collare, & ora, pars.
پنجره نك <i>pengerenün</i> -, quod nonnulli پنجرنك	Genit. يقه نك <i>jakanün</i> -
پنجره يه <i>pengereje</i>	Dativ. يقه يه <i>jakaja</i>
پنجره يي <i>pengerej</i>	Accuf. يقه يي <i>jakajj</i>
پنجره دن <i>pengereden</i> .	Ablat. يقه دن <i>jakadan</i>

Pluralia regulariter, مفتيلر *muftiler*, قورقولر *korkular*, پنجره لر *pengereleler*, يقه لر *jakalar*.

Genitivus fit addito نك *nün*-, Dativus addito يه *je*, vel *ja*, Accusativus addito يي *jij*, vel *jijj*, nisi in terminatis literâ ه & he otiosâ, & literâ ي *j*, quibus loco يي *jij*, vel *jijj*, vel *j* additur plerumque *hemzelif*, sic ه, ut vides in exemplis. Ablativus fit regulariter, uti & pluralis in omnibus.

† Hac terminatio genitivi نك *nün*- videtur olim fuisse pro omnis generis nominibus, prout adhuc Scythæ, seu Tartari Crimenses aut Precopenfes scribunt in suis Literis Genitivum formantes in نك *nün*-, vel نيك *nün*-, etiam nominum consonante terminatorum, ut اولوغ يورتنيك و تخت قريم نيك و دشت قيقاق نيك اولوغ خاني *ulugh jortnin- we tachei kÿrymnin- we deti kÿciaknis- ulugh chani*. Magni Regni, & throni Crimensis, & Camporum Kypiacensium magnus Rex. Ll. Sic اولوغ مملكت نيك و بارجا خريستان نيك و نجه وليه و شود و يچ و قزل المانيك پادشاهي *ulugh memleketnin- wo barcia chrystianin- we lib, we imed, we be, we kÿzi almanin- padiahi we ciäsari*. Magni

Nom. ناصرات *nāsyraṭūn*, adjuvantes feminae; Gen. & Accus. ناصرات *nāsyraṭin*. Item مسجد *mesjidūn*, templum; مسجد *mesjidin*, مسجداً *mesjiden*. Pl. Nom. مساجد *mesājidū*, templa; Gen. & Accus. مساجد *mesājide*.

Tertia apud eundem diptota est in Singulari, & triptota in Plurali, ut Sing. Nom. احمر *ahmerū*, rubicundus; Gen. & Accus. احمر *ahmere*. Pl. Nom. حمراء *humrūn*, rubicundi; Gen. حمراء *humrin*; Acc. حمراً *humren*.

Quarta eidem est diptota in Sing. & Plurali, ut Sing. Nom. اصغر *ašgharū*, minor, minimus; Gen. & Acc. اصغر *ašghara*. Pl. Nom. اصغرا *ašghyrū*, minores, minimi; Gen. & Acc. اصغرا *ašghyre*.

Guadagnolus autem in prima sua declinatione collocat omnia revolvibilia nomina tam singularia, quam pluralia fracta, ut sunt pluralia tertiae declinationis Erpenianae.

Secunda apud eundem declinatio est nominum, quae dicuntur غير متصرفة *ghajrū mutefarrefetin*, irrevolvibilem, seu, ut Erpen. invariabilem, & sic complectitur singularia tertiae & quarta declinationis Erpenianae, nec non pluralia secunda & quarta:

Quae autem sint illa nomina irrevolvibilia fusè explicat idem Guadagn. aliq; omnes Grammatici Arabici. Sunt autem praecipua haec: 1. Adjectiva positiva & comparativa formae افعل *af-ēlū*, ut احمر *ahmerū*, rubicundus: اكبر *ekberū*, major, maximus; nisi, quod rariùs accidit, femininum per *ō* forment, sicuti ارمل *ermelūn*, viduus, ارملة *ermeletūn*, vidua. 2. Adjectiva terminata أن *anū* servili, quae non formant feminina addito *ō*, ut غضبان *ghuzbān*, iratus, cuius Fem. غضبي *ghazbā*; sic etiam huius formae quaedam Adjectiva moventur. 3. Terminata *l* elif servili, ut صفرا *safrā*, flava: صحرا *seh-rā*, campus; vel *l* servili quiescente instar *l* elif, ut ذكرى *zikhra*, recordatio: غضبي *ghazbā*, irata: قتلى *ketlā*, occisi. 4. Pluralia fracta formae فاعل *fa-āl*, فاعل *fa-ālil*, فاعل *fa-ālil*, فاعل *fa-ālil*, quae Erpenius restringit ad formas نواصر *newāsyf*, & قاطير *kemātyr*, vel قاطير *kemātyr*, ut ضارب *zawāribū*, verberantes: ضفادع *zafādū*, ranæ: قناديل *kenādilū*, lucernæ: مداخل *medāchylū*, vestibula: خزان *chezārinū*, vel خزارق *chezāryku*, araneæ. Sed ea, quorum ultima radicalis est litera *l* *i* quiescens, triptota sunt, ut reliqua Pluralia fracta: quaedam tamen penultimam *l* *kesram* in *l* *fetham* mutant, & ea huius quoque loci sunt, عذارى *ēzārā*, virgines, pro عذارى *ēzārū*, in Nominativo عذارى *ēzārā*, in Gen. & Acc. Sic نصارى *nasārā*, Christiani. Ceterum vox سراويل *serā-wilū*, femoralia, aliis est Plur. à سروال *sirwālūn*, & regulariter diptoton, aliis Singulari per se, & diptoton ob similitudinem, quam habet cum Plurali formae نصارى *nasārū*. 5. Regionum, Insularum, Urbium, Pagorum, Arcium, Montium, Fluviorum, & Locorum qualibet nomina, ut مصر *mysrū*, Aegyptus: قبرس *kubrūsū*, Cyprus: مكة *mekketū*, Mecca: دن *derenū*, Atlas mons: دجلة *digletū*, Tygris fluvius: غوطة *ghutetū*, Gouta. 6. Pleraque hominum propria, & inter cetera Masculina omnia terminata أن *an* ut عمران *ymrānū*, Joachim: عثمان *ōsmānū*, Othomanus; & Peregrina pluribus quam tribus literis constantia, ut ابراهيم *ibrāhimū*, Abraham: اسحاق *ishāku*, Isaac: يعقوب *yaqūbū*, Jacob: آدم *ādemū*, Adam: جهنم *gehennemū*, Gehenna: فردوس *firdawsū*, Paradisus, &c. Nec non femina terminata *ō*, ut عيشة *ēšetū*, & constantia literis quatuor, ut زينب *zejnebū*, vel tribus, quarum media movetur, ut سكر *sakerū*, aut زعمام *zemam* ante se habet, ut جور *giūrū*, &c.

Tertiam suam declinationem dat Guadagn. solis Dualibus: quartam Pluralibus sanis masculini generis: quintam Pluralibus sanis femininis: sextam denique statuit peculiarem sex Nominibus, non quidem semper, sed quando sunt annexa, vel habent affixum. Sunt autem ea nomina أب *ebūn*, pater: اخ *achūn*, frater: حم *hamūn*, socer: هن *henūn*, res, vulva: فم *femūn*, os: ذو *zu*, præditus, habens, & hoc ultimum semper est cum anne-

annexione, quae Arabibus dicitur *yzāfer*, quod nos diceremus, esse in regimine. Hae igitur nomina annexa, vel cum Affixis, exigunt in Nom. و *waw* quiescens post *zamma*, in Gen. ي *je* quiescens post *kesram*, in Accus. ي *elif* post *fetham*, ut Nom. ابو زيد *ebu zejdin*, pater Zejdi. Gen. &c. ابي زيد *ebi zejdin*, patris, patri, patre Zejdi. Accus. ابا زيد *ebā zejdin*, patrem Zejdi: & cum affixo personali sic: Nom. ابوك *ebūke*, pater tuus. Genit. ابيك *ebīke*, Accus. اباك *ebāke*. Sic اخوك *achūke*, frater tuus, اخيك *achīke*, اخاك *achāke*: حوك *hamūke*, focer tuus, حميك *hamīke*, حمك *hamāke*: هنوك *henūke*, vulva tua, uterus tuus, هنيك *henīke*, هنك *henāke*: فوك *fūke*, os tuum, فيك *fīke*, فاك *fāke*. Porro ذورحمة *zu rahmetin*, præditus misericordiā: ذرحة *zā rahmetin*, præditum misericordiā. Cum autem annectuntur Affixo primæ personæ, additur tantum ipsum ي *je* relativum quiescens post *kesram*, in omnibus casibus, ut ابي *ebī*, pater meus, patris, patri, patre meo, & patrem meum. فو *fū*, verò, cum est sine annexione, dicitur فم *fem*, os; & cum Affixo etiam dicitur فمك *femūke*, os tuum, فمك *femīke*, oris tui, فمك *femeke*, os tuum, في *femī*, os meum, في *femī*, oris mei, في *femī*, os meum.

Sciendum itaque, Annexione prædictâ, Affixis personalibus, & Articulo præfixo alterari declinationes, adeoque nunnationes tolli. Et ob Articulum quidem excidit nun vocale, seu illud تنوين *tenwīn*, ut الكتاب *el kitābū*, liber, الكتاب *el kitābi*, libri, الكتاب *el kitābe*, librum. Ob Annexionem autem, & ob Affixa non solum تنوين *tenwīn* excidit, sed etiam ن *nun* reale in dualibus & pluralibus sanis masculinis. Sic كتاب *kitābūn*, liber, كتاب موسى *Kitābū mūsā*, liber Mosis, كتاب موسى *Kitābi mūsā*, libri, vel libro Mosis, كتاب موسى *Kitābe mūsā*, librum Mosis. Dual. كتابان *kitābāni*, libri duo, كتابا موسى *Kitābā mūsā*, libri duo Mosis, كتابي موسى *Kitābej mūsā*, librorum duorum, vel libris duobus, & libros duos Mosis. Plur. كتب *kütübūn*, libri, كتب موسى *kütübū mūsā*, libri Mosis, كتب موسى *bütübī mūsā*, librorum, vel libris Mosis, كتب موسى *kütübē mūsā*, libros Mosis. Sic etiam cum articulo, ut عطاء الرب *ætwiūr-rebbī*, munificentia Domini, عطاء الرب *ætwer-rebbī*, munificentiam Domini. Ita بنون *benāne*, filii, بنو الله *benūllāhi*, filii Dei, بني الله *benīllāhi*, filiorum, filii, vel filios Dei. كتابه *Kitābūhu*, liber ejus, كتابي *Kitābibi*, libri, vel libro ejus, كتابه *Kitābehu*, librum ejus: كتابه *Kitābāhu*, libri duo ejus, كتابي *Kitābejhi*, librorum duorum, libris duobus, vel libros duos ejus: كتب *kütübūhu*, *kütübīhi*, *kütübēhu*, libri, librorum, libros ejus. Ubi nota, nomina illa cum Affixis, & in regimine existentia non admittere articulum, ut fusiis in Syntaxi percipies.

Sciendum quoque est, in Nominibus triptotis in *ā*, vel *ī* desinentibus, non esse locum singulis *tenwīn*is propter debilitatem earum literarum; unde dicitur in omnibus casibus عصا *æsen*, pro عصو *æsewūn*, عصو *æsewīn*, & عصوا *æsewen*, baculus, baculi, vel baculo, baculum. Sic رحا *rahan*, vel رحى *rehajūn*, رحى *rehajin*, & رحى *rehajen*, mola, molæ, molam. قاض *kāzyn*, pro قاضي *kāzyūn*, Judex, قاضي *kāzyn*, pro قاضي *kāzyjn*, Judicis, قاضي *kāzyjen*, Judicem: جوار *gewārin*, pro جوارى *gewārjūn*, puellæ, Pl. جارية *giārijetūn*: جوار *gewārin*, pro جوارى *gewārjūn*, puellarum, جوارى *gewārje*, puellas, & non جواريا *gewārjien*, quia in hoc casu est irrevolubile. Cum Articulo autem dicitur الرحى *errahā*, mola, molæ, molam in omni casu; القاضي *elkāzyīn* in Nom. & Gen. Judex, & Judicis, القاضي *elkāzyje*, Judicem. Sic in annexione seu regimine رحى زيد *rehā zejdin*, mola, molæ, molam Zejdi, قاضي زيد *kāzy zejdin*, Judex & Judicis Zejdi: قاضي زيد *kāzyje zejdin*, Judicem Zejdi. Cum Affixis رحاي *rahāje*, mola mea, molæ meæ, molam meam: قاضي *zāzyje*, Judex meus, Judicis mei, Judicem meum. Sic رحاك *rahāke*, mola tua, molæ tuæ, molam tuam: قاضيك *kāzyke*, Judex tuus, & Judicis tui: قاضيك *kāzyjke*, Judicem tuum. Rationem autem horum pete sis ex Canonibus appendicis Erpenii, ex Grammaticæ Waimuthi cap. 4. aliisque Grammaticis.

Nomi-

Nominum Persicorum declinatio fit per additionem particulæ *l*, quâ suppletur rariùs Genitivus, sæpius Dativus, & sæpius Accusativus. Cùm enim duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum, quod in latinis esset Genitivi casus, manet in Persicis in Nominativo, sed priori seu regenti additur in legendo *z* breve, ferè ut apud Arabes fieri modò diximus, ut کتاب پدر من *kitāb pederī men*, liber patris mei, quod etiam potest reddi کتاب از پدر من *kitāb ez pederī men*, q. à patre meo: si regens terminetur vocali *l* *elif* aut *و*, additur illi reale *ي*, ut پاشای بغداد *pāsāi baghadad*, Præfectus seu Bassa Bagdadensis, aut, ut nos loquimur, Babylonicus: خدا خدای مردگان *chudā chudāi mürdeğān nīst*, Deus, Deus mortuorum non est. Quod si Substantivum regens terminetur literā *ی* *je* vel otiosā *ه* *he*, tunc illi additur *ه* *kefiata hemza*, ut خانه ذکر یا *chānei zekērjā*, Domus Zachariæ, شاه *elcū šāh*, Legatus Regis. Pro Dativo sæpe etiam præfigitur Nominativo præpositio *ه* *be*, ut *ه* *bemen dād*, mihi dedit, *ه* *be o guft*, aut *usit*. *ه* *bedū guft*, ipsi dixit, aliās *ه* *orā dādēm*, ipsi dedi, *ه* *merā guft*, mihi dixit. Accusativus, cùm indeterminatè venit in orationem, est semper similis Nominativo, ut دعا کردن *du-ā kerdēn*, preces fundere. Determinatur autem particula *را*, ut *ه* *orā didēm*, ipsum vidi, *ه* *kesirā küst*, certam personam, quendam occidit. Dicta autem particula liberè seu separatim seu conjunctim adjicitur nomini, immò nominibus, cùm plura simul in eadem constructione continuantur, ut, کتاب پدر خود را *kitāb pederī chodra āwerd*, Librum patris sui attulit. Vocativus est ipse Nominativus, ut in Casibus diximus. Pro Ablativo præponunt præpositionem *از* *ez*, vel quod idem est *ز* *zi*, ut *ه* *ez pederī men*, à patre meo.

CAPUT QUINTUM

De comparatione nominum Turcicorum.

Adjectiva comparantur quidem apud Turcas adjectione *ك* *rel*, vel *ق* *rak*, ut *ه* *gūzel*, pulcher, fit comparativus *ه* *gūzelrek*, pulchrior: ab *الچق* *alciak*, humilis, *ه* *alciakrak*, humilior, sed in sermone familiari, immò in scriptis rarissimè illis utuntur ipsi Turcæ. Loco autem illarum adjectionum præponunt vulgò *دخي* *dachy*, quod vulgus etiam dicit *daha*, v. g. *ه* *dachy büjükl*, vulgò *daha büjükl*, major; & intendendo significationem, quod facimus per *multò*, aut *longè*, præponunt *چوق* *ciok*, ut *ه* *ciok büjükl*, longè major. Cæterum in regimine frequentissimè dicunt, & tu optimè dices, si nullā adhibitā adjectione aut præpositione, positivo tantum utaris, præmissò nomine, cui comparatur, in ablativo, ut *ه* *andan büjükl*, illo major. Quod autem per *paulò* exprimimus, per diminutivum efferunt, ut *ه* *andan büjügek*, paulò major eo. Nostrum quò magis, &c. potest optimè reddi per gerundium in *چه* *ce*, ut *ه* *okudukce acilür*, quò magis legit, eò magis proficit, q. aperitur. Sic *ه* *wardukce azar*, magis magisque (in dies) deterioratur.

Superlativo propriè carent sed extra regimen præponunt aliquod adverbium amplificativum sic: *ه* *pek büjükl*, valde magnus, vel *ه* *ghäjet*, *ghäjetle*, *ghäjetile*, *zijüde*, *zijüdesiüle*, *ifratyle büjükl*, maximè, excessivè magnus, i. e. maximus. In regimine autem præponunt nomen cui comparatur vel ablativo absque ulla additione, v. g. *ه* *giümleden*, vel *giümlesinden büjükl*, omnium maximus, q. omnibus major; vel optimè in genitivo, affixo nomini comparativo seu potius positivo *ي* *si* vel *ه* *ademlerün-güzeli*, hominum pulcherrimus, *ه* *giümlesinün-büjügi*, maximus omnium. Sic *ه* *anlarün-büjügi*, maximus eorum, quod etiam sine *ه* *anlarün-* in nota relatione idem significabit, *ه* *büjügi*, maximus eorum, de quibus fuit sermo.

ه *ejü*, bonus, habet sæpe in comparativo *ه* *jeg*, & sic in superlativo, modò explicato, potest dici *ه* *iegregi*, aut *usit*. *ه* *ejüsi*, optimus eorum.

¶ Com-

¶ *Comparativus & Superlativus apud Arabes sunt idem ejusdemque formæ, nimirum أنصَرُ enšeru, cujuscunque tandem sit terminationis & formæ positivus; vocatur autem تفضيل اسم ismî tefzîl, ut à فاضل fâzyl, præstans, pec. scientiâ, افضل efzâlû, præstantior & præstantissimus: ab حسن hasen, bonus, fit احسن ahšen, melior, optimus: à كبير kebîr, magnus, اكبر ekber, major, maximus: à طويل tewîl, longus, اطول atwel, longior, longissimus: ab عالي âli, celsus, اعلى e-lâ, celsior, celsissimus: ab حبيب habib, charus, احب ababbû (pro احب abebû) charior, charissimus. Faciunt autem Femin. in نُصْرَى nufṛâ, ut كبرى kubrâ, major, maxima: طولى tulâ, longior, longissima; عليا âljâ, celsior, celsissima, &c. In Regimine Comparativa habent post se من min cum genitivo, ut اعظم من الملك e-zemû minel meliki, major Rege; Superlativa autem genitivum tantum admittunt, ut احسن الناس ahšenün-nâsi, optimus hominum,*

Persis formatur Comparativus adjectâ positivo particulâ تر ter, uti Superlativus adjecto ترين terin, ut کم kem, deficiens, vilis, کمتر kemter, magis deficiens, vilior, کمترين kemterin, deficientissimus, vilissimus: به bib, bonus, بهتر bihter, melior, بهترین bihterin, optimus. In regimine Comparativus habet post se præpositionem از ez, ut خوبتر از ماه chubter ez mah, pulchrior lunâ. Superlativus vix usurpatur in regimine.

CAPUT SEXTUM

De specie Nominum.

Species nominum duplex est primitiva & derivativa. Nomen primitivum جامد ġiâ-mid, vel غير مشتق ġhajrî müstak, seu Arabicè ġhajrû müstakyn, dictum, est quod aliunde non derivatur, ut الله allâh, Deus: ار er, vir: ات at, equus: ات et, caro: شهر šehr, urbs, &c. Circa quæ nihil occurrit dicendum.

Derivativum مشتق müstak, dictum, est quod ab alio derivatur, estque Verbale, vel Nominale.

Verbalia derivativa seu nomina quæ derivantur à verbo sunt varia, ut

Nomen Actoris اسم فاعل ismî fâ-yl dictum.

Actorem significat ipsum participium activum in سويجي iġi, ut سويجي sewiġi, Amator, amans, ياردم ايدجي jardüm idigi, aut ex nomine ياردمجي jardümġi, adjutor, adjuvans, quod alibi etiam evenit; جي ġi enim vel ci videtur idem significare quod ايدجي idigi, factor, professor, & ut in latinis fex, ut بيورجي bujurukci, mandator, imperator à بيورق bujuruk, mandatum: يولجي yolġi, viator, ab يول yol, via; sic چوقهجي ciokagi, quod vul. ciohagi, pannifex, à چوقه cioka, cioha, pannus, &c.

In Arabicis est etiam idem quod Participium activum substantivè positum, ut ناصر nâsyrün, nâsyr, adjutor, adjuvans, مالك mâlik, dominator, possessor. Cum autem frequentiam actûs, aut intensionem actoris significare volunt, adhibent alterum participium, quod Turcæ vocant مبالغه ايله اسم فاعل mübâleghæ ile ismî fâ-yl, quasi participium amplificativum, estque formæ نصار nâsar, quod ipsum significat adjutor, قصاب kas-sâb, dissector in membra, lanio, & fistulator, خباز chabbâz, pistor, &c.

Persis autem est pariter participium in نده ende, ut كوينده ġüjende, locutor, musicus vocalis: خواننده chunende, cantor, lector: سازنده sâzende, compositor, pulsator fidium, musicus instrumentalis. At in compositis nominibus, loco illius Turcici جي ġi, ponunt كار kâr, كرم ker, ac ger, q. factor, fex: قلمكار kalemkâr, entypicus sculptor: گناهكار ġünâhkâr, peccator, q. peccati factor: خدمتكار chydmetkâr, servitor, servitii præstitor: زنگر zenger, aurifaber: كفشگر kefsger, sutor, calceorum factor; & in aliis compositis, loco integri participii, adhibent aliud participium, quod est terminatione idem cum Imperativo Persico, aut, si vis, est ipsum participium mutilatum suo نده ende, ut گوي ġüj ġioj, locutor, prolator, v. g. دروغ گوي dürüġh ġüj, prolator mendaciorum, mendax: دار dâr, tenens, habens, تاجدار tâġdar, Coronam tenens, habens, coronatus, Rex.

E

Nomen

Nomen loci & temporis اسم مکان *ismī mekân*
& اسم زمان *ismī zemân* dictum.

¶ *Unicâ voce seu ejusdem terminationis nomine locum & tempus designant Arabes, nomenque tale est formæ منصر manser (aut in nonnullis mansyr) & cui pec. ad significandum locum, addunt aliquando finale ٥ te, ut منصر منصرün, locus seu etiam tempus adjuvandi: منصران manserân, duo loca aut tempora adjuvandi: مناصر menäsyrü, plura loca aut tempora adjuvandi. Sic مكتب mekteb, locus & tempus scriptionis, schola: مجلس meglis, locus & tempus sessionis, confessus: مشرق mesryk, locus ortus, Oriens: مغرب meghryb, locus occasus, Occidens: مسكن meskin, locus habitationis, habitaculum: مسجد mescid, locus adorationis, Templum: موضع mewzy, vel usit. mewze, locus & tempus positionis, situs: موعد mew-üd, locus promissionis, promissum: مأوى meewâ, & meewi, locus & tempus mansionis, habitatio, mansio: مقبره mekberet, mekberet, locus sepelitionis, cæmeterium: مظنة mazynnet, locus existimationis, opinio: مقام mekâm, locus & tempus constitutionis, residentiae locus; & ex quadriliteris منقطع munkatâ, locus & tempus abscissionis. Fiunt autem in prima trilaterarum conjugatione à futuro activo م pro اتمین posito & vocali penultima manente, cum est fetha, ut مشغل mesghelün, locus & tempus laboris ab يشغل iesghelü, vel كسفا, ut مضرب mezzrib, locus & tempus verberationis, ab يضرب jazribü: مبيع mebi, locus & tempus emptio- nis ab يبيع jebî-ü; At in fetha converso, cum est ٥ zemma, ut مدخل medchal, locus & tempus introitus, ab يدخل jedchulü, paucis exceptis, quæ zemmam ٥ in mutant.*

In verbis autem quadriliteris & conjugationibus communibus derivativis formatur nomen loci ac temporis à futuro passivo, posito م pro اتمین, ita ut omnino conveniat cum participio passivo, ut in exemplis supra positis.

Deest propriè hujusmodi nomen loci & temporis tam Persis quàm Turcis; sed illud reddunt Persæ per additionem nomini verbali actionis particulae seu nominis كه *gâh*, locus & rarius tempus, ut نشستگاه vel نشستگاه *niseft gâh*, vel ad vitandum tot consonantium concursum *nisefte gâh*, locus & tempus sessionis, seu confidendi locus. Sic زیارتگاه *zijâret gâh*, locus visitationis, seu visitatu dignus, عبادتگاه *jbâdet gâh*, locus adorationis, templum, facellum. Turcæ verò aut eodem modo id reddunt, ut عبادت جری *jbâdet jeri*, locus adorationis, زمانی عبادت *jbâdet zemâni*, pro مسجد *mescid*: sic اورش جری *uryş jeri*, locus verberationis, اورش زمانی *uris zemâni*, pro مضرب *mezzrib*. Aut circumscribunt per participium futuri verbi, addito جری *jer*, pro loco, & زمان *zemân*, pro tempore, ut pro مكتب *mekteb*, dicerent *iazu iazagiak ier*, locus scriptionis, vel ubi scribitur, *iazu iazagiak zemân*, tempus scriptionis, aut quo scribitur, sic طورجک جری *duragiak jer*, locus stationis, mansionis, pro مقام *mekâm*. Sic سیرایدجک جری *sejr idegek jer*, locus lustrationis, deambulationis, & locus lustratu dignus, pro مسیره *mesire* زمان اوکوجک *okujagiak zemân*, tempus lectionis aut legendi; aut porro utuntur utrique & Persæ & Turcæ ipsis nominibus illis Arabicis, & id quidem frequentissimè.

Nomen instrumenti, اسم آلت *ismī âlet*.

¶ *Nomen pariter instrumenti proprium est Arabum, estque formæ منصار minsârün, منصر minsarün, aut منصرة minseretün, præmissâ radicalibus م mim kesratâ, ut مفتاح mistâh, quo quid aperitur, clavis, à فتح fetha, aperuit, محلب myhleb, mulctra, ab حلب halebe, mulsit: مكسحة mikshahet, verriculum, scopæ, à كسح kescha, verrit. Sed منخل münchul, cribrum est, à نخل nachale, cribravit.*

Turcæ cum Persis ejusmodi nomina instrumenti à verbis derivata non habent, sed ea Turcæ, ut supra, circumscribere possunt, ut قیوئی اچاق آلت *kapujy açagiak âlet*, instrumentum, quo porta aperitur; aliàs اناختار *anachtar* vocant clavem, & sic de aliis.

Nomen

Nomen actionis اسم مصدر *ismi mašter*.

